



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica**

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Tribunal Conscientiæ Per Varias  
Examinis Industrias seipsam dijudicantis, Tendentibus ad perfectionem,  
præsertim Religiosis accommodatum

**Druzbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066413**

Industria XV. In horas esse vivendum, & ratio horarii Examinis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45441**

Domine divitias & paupertatem ne dederis mihi, ſed tantum victui meo tribue neceſſaria. Et extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi & deſiderium (ſterile ac inefficax) averte à me. Item illud Apoſtolicum; Scientia inflat, charitas ædificat: Scientia enim ſi tantum ſciat, revera inflat, quia ſuperbiendi anſam conflat. Item illud; qui addit ſcientiam addit dolorem: nam qui cognoscit faciendâ & non facit, hic ſibi exaggerat tantò magis pœnam, quantò magis inexcufabilem reddit ſuam culpam, certiorẽ autem damnationem, & gehennam. Orandus ergo eſt Deus, ut quæ ſunt faciendâ ſciamus, quæ ſciamus faciamus, veniatque ſuper nos illa beatitudo Chriſti dicentis. *Si hæc ſcitis, beati eritis ſi feceritis ea.*

Eccl. 23. 50

## INDUSTRIA XV.

*In horas eſſe vivendum, & ratio horarii  
Examiniſ.*

Integerrimus noſtræ Societatis Frater, Joannes Berchmans, inter moralia ſua placita, atque animi decreta, quæ ſibi obſervanda præſcripſerat, valde præclara, & ſpiritualis Prudentiæ plena, habet etiam hoc unum poſitum num. 5. *Viam in dies, & horas, nihil ſolicitus de craſtino.* Quod dictum atque propoſitum, eſi in vulgari hominum ſenſu, poſſit, & ſoleat, ad potui aſſuetos trahi, ad eos ſcilicet, quorum Deus venter eſt, qui animales ſunt, & terrena ſapiunt, quique æternum nihil cogitant, ſed de die in diem vivunt, & dicterium illud in ore habent. *Edamus, & bibamus: cras enim moriemur, tamen*

F 3

in

In saniore sensu est maximè viris spiritualibus usitatum, utile, & commendatum. Ita quidam Sanctorum requisitus, quâ ratione fieri posset ut citò Sanctus evaderet? respondit. *Si credas te moriturum quotidie.* Alius interrogatus, quomodo assequeretur, ut bene opera sua exequeretur? respondit; *si tibi persuadeas hoc opus quod agis, esse tibi ultimum.* quo forsan respexit adductus jam noster Joannes, qui inter alterius seriei proposita hoc quoque adnotârat. *Facere omnia tanquam si ultima forent.* Et alibi adhuc. *Nescis an ista actio tibi futura sit ultima, fac ergo eo modo, quo voles à te factam ultimam.* Iterumque alibi sic proponit. *Vivere in dies, & horas, sine solitudine de futuris contingentibus, committendo omnia mea Providentiæ Divinæ, meisque Superioribus.* Denique adhuc alibi. *Illud quod possum facere hac horâ non differam ad aliam horam.* Ex quibus facile patet, quàm hoc vivendi in horas dictamen fuerit huic commendatum. Cæterùm & ipsi Christo Domino videtur in observatione, horaria ista vita fuisse in usu, in cujus sermonibus legimus hoc frequenter; *nondum venit hora mea & Pater venit hora mea. & Propterea veni in hanc horam. Tempus meum nondum advenit, de crastino autem nolite solliciti esse Sciens JESUS quia venit hora ejus. &c.* Sed & Joannes Evangelista videtur hoc ipsum in usu habuisse, quin & nobis ut novissimæ sic & cujuslibet horæ apprehensionem commendasse, cum inculcavit. *Filioli novissima hora est.* Id ipsum in Sancto Paulo, in Jacobo, observare est. nimirùm ad profectum, fervoremque spirituales utilissimum est, brevem sibi ab unoquoque vitæ terminum præfiniri,

niri, &  
hoc e  
mitter  
fuère  
rentu  
venist  
cis, fa  
vari, i  
um est  
die se  
etiam  
dicere  
sic lo  
mitter  
re, vig  
illud i  
diceba  
cere vi  
novar  
gulas  
bant, v  
consta  
merati  
fervor  
cepi,  
propo  
nibus  
Pr  
nempè  
horari  
præscr  
sint pe  
quodd  
rationi

niri, & ſingula tanquam ultima opera perficere; hoc eſt, nihil in eis peragendis perfectionis omittere. In hunc finem Sanctorum exercitia fuere multiplicia: aliqui enim ut hoc exequerentur, intonabant ſibi; *Bernarde, Arſeni ad quid veniſti?* Alii verò: *Age quod agis.* Alii. *Quod facis, fac citius.* Alii. *Quidquid poteſt manus tua operari, iſtanter operare, quia nec ratio, nec conſilium eſt apud inferos, quò tu properas.* Alii quotidie ſe morituros non tantum cogitabant, ſed etiam moribundos exprimebant. Alii timebant dicere; *cras faciemus, cras ibo, & mirabantur ſic loquentes, & tam longum tempus ſibi promittentes.* Alii ſoliciti erant & facere, & ſuadere, vigefies & quater indies mori, ut ſic copioſè illud impleant Apoſtoli. *Quotidie morior.* Alii dicebant ſibi, aliisque. *Oportet te morientem ducere vitam.* Alii in horas ſingulas intentionis renovandæ exercitio vacabant, Alii in horas ſingulas, rationem vitæ, operumque à ſeſe repoſcebant, quod Sancto Patri Ignatio fuiſſe familiare conſtat. Aliqui, ut denique finem faciam enumerationi, ad horas ſingulas excitabant in ſeſe fervorem illa, vel ſimili voce. Ego dixi nunc coepi, & quàm perfectiſſimè opera ſua facere proponebant, appoſitis, expreſſisque conditionibus perfectorum operum.

Præſens ergo Industria huic ſpectat, tradit nempe modum exequendi opera ſingularum horarum, ſive opera ſingula quàm perfectiſſimè, præſcribitque capita ſpectanda in operibus, ut ſint perfecta. utrumque autem hoc præſtat, per quoddam exercitium, nempe per traditionem rationis faciendi Examiniſ in horas ſingulas, vel

2:  
et  
II

fere singulas, aut certè post opera aliqua graviora, notabiliora, diuturniora. Quæ quidem ratio hæc esse poterit.

PUNCTUM I. & II. Continebit brevissimam gratiarum actionem, luminisque petitionem, illis v. g. verbis. Benedictus Dominus Deus meus ex hoc nunc & usque in sæculum. O Lux Beatissima, reple cordis intima.

PUNCTUM III. Expendet horam elapsam, vel opus factum. 1. An sit bonum factum? 2. An benè? quòd cùm latè pateat, sciendum est, quædam in operibus nostris requiri ad hoc ut simpliciter bona sint, quædam requiri ad hoc tantum, ut sint meliora, sive melius magisque bona & perfecta, sive etiam perfectissima. Ut simpliciter bona sint. 1. Debent esse vel naturâ suâ, bona, vel saltem, naturâ quidem indifferentia, attamen directâ ad finem simpliciter bonum. 2. debent esse ab homine in gratia posito, aut se ad gratiam saltem disponente. 3. debent esse libera. voluntaria, ex electione, & deliberatione. 4. debent esse directâ ad finem non tantum honestum, sed etiam supernaturaliter honestum, sive fide Divina notum, in quo capite simul recta Intentio includitur. 5. Debent habere circumstantias bonas, ut ex nulla vitentur, scriptum est enim. Justè quod justum est exequeris, & iterum. Nonne si rectè offeras, non rectè autem divides, peccasti? Hæc igitur in Examine isto videnda erunt, an ea operibus nostris, super quæ Examen fit, adfuerunt? cur non adfuerunt?

Jam ut magis bona sive perfectissima fiant ea requirentur, & inesse debent operibus nostris, qua

g. Dr. C. C.  
Bicki  
operi as c.  
Tomus I.  
N. V.  
88

quæ quifque ex mente Dei, & Chriſti, Sancto-  
rumque exemplo, ex interna unctiōe atque  
gratiâ, ex probatorum magiſtrorum ſpiritualium  
approbatione conſilioque iudicabit benè atque  
ſanctè ineſſe poſſe. Talia autem ſunt. 1. Inten-  
tio quàm puriſſima, atque defæcatiffima, ſolius  
Dei bonum, id eſt gloriam, voluntatem, placi-  
tum, guſtum, æſtimationem, ſeu exaltationem,  
quàm condigniſſimam, reſpiciens. 2. Unio  
actualis ardens applicativa meritorum Chriſti  
cum operibus. 3. Omnis ad proprium facien-  
tis commodum, etiam ſpirituale, etiam æter-  
num, intuitus remotivo. 4. Imitatio Chriſti,  
quàm maximè expreſſiva ejus in opere. 5. Pa-  
tientix humiliatiōis que ab opere, vel ab oc-  
caſione operis dimanatio in operantem, & qui-  
dem gravis, exaggerata, vix ulli nota, fortiter,  
promptè, gaudenter, perfeveranter, ſuſcepta.  
6. Virtutis menſtrux exercitatio, in opere vel  
operis occaſione. 7. Obſervatio vel Regulæ,  
vel obedientix, vel dictaminis Prudentix, vel  
obſervationis privatæ ad punctum, literam &c.  
Hæc ſimiliaque in Examine videnda erunt, an  
opera noſtra habuerint?

Adhuc autem ut excellentiùs ornatiùsque  
perfectiſſima & comptiſſimè, opera noſtra ſint  
facta, debent habere, 1. Ut ſint non tantum in  
charitate, aut propter charitatem, & ex chari-  
tate facta, ſed etiam propter ſublimem, & ex  
ſublimi charitate facta. 2. Sacrificativè. 3. Ut  
affectu omnium creaturarum, omnium Sancto-  
rum, omnium Angelorum, Pretioſiſſimæ Paren-  
tis, JEſu Chriſti Humanitatis, Sanctiſſimæ ipſius  
Trinitatis facta ſint. 4. Ut non ſolum opera ipſa

2:  
et:  
II

principalia, sed etiam omnia adjuncta operibus opera, hoc est, omnium potentiarum, creaturarum, circumstantiarum adjacentium exercitia, & ad operandum aliquid concursus, eodem modo, quo ipsa opera primaria sublimentur, offeranturque divino gustui. 5. Ut per singulas operis potentiarumque operantium, & creaturarum cooperantium circumstantiarumque atomos, placitum, gustusque Dei quæatur, & omnis alia Perfectio, sublimatioque replicetur. replicetur autem per singulas, magis ac magis majori fervore, milliesque millies majori proportionem fervoris. Insuper amplius, & amplius, omnipossibiliter, dignissime dignissimo Deo, quantum homo dignificativus, quantum Deus dignificabilis est. 6. Ut itidem per Singulas, atomos operis, magis ac magis in millies majori proportionem homo ipse vilificetur, tantum scilicet, quantum aut homo est vilificabilis, aut Deus per se, perque creaturas est hominis vilificativus, idque pure gratis, sine ullo respectu, ad commodum proprium, nisi ut quantum dignus est dignificari Deus, tantum dignificetur, quantum autem dignus est vilificari, & exinanitis, perdatque homo, tantum vilificetur, exinaniatur, perdatque, juxta voluntatem Dei, ad voluntatem Dei.

Hæc quoque in Examine horario, seu operum singulorum, an facta sint & adhibita, dispicienda erunt, an verò his contraria, vitiosaque admiffa?

PUNCTUM IV. Continebit dolorem de Negligentia.

PUNCTUM V. Emendationem proponet.

- Porro

g. Dr. C. C.  
Bicki  
operi as c.  
Tomus I.  
N. V.  
58

Porrò Examen hoc eſſi prævio aliquo uſu poterit non multum temporis abſumere, tamen etiam poterit ad pauciora capita, contrahi, pro cuiusque arbitrio. Quin imò poterunt initio pauca de primis aſſumi, tum ad alia aliaque capita ſenſim progreſſus fieri.

Cæterum extra dubitationem eſſe debet. Huius Induſtriæ uſum, hoc eſt hanc horariam diligentiam, atque hanc in horas vivendi, omniaque tanquam ultimæ ſint horæ ultima opera, peragendi conſuetudinem, & exercitationem, eſſe maximè ad promovendam in animo perfectionem accommodatam, atque efficacem, dummodo non defatigemur in opere bono, ſed abundemus magis, quoniam labor iſte horarius eſt, præmium verò æternitatis beata eſt.

## INDUSTRIA XVI.

*Varia genera Examinum utilium ad profectum proponuntur, quæ ad normam ſuperiorum fieri poſſunt.*

Induſtriâ præſenti, tantum enumerationem complectar variorum Examinum quæ ad profectum in virtute, & ad evitacionem plurimorum in vita quotidiana defectuum, plurimum juvare ſpiritualem negotiatorem poterunt, ſi iſis exercere ſeſe voluerit. Tale eſt.

EXAMEN I. Super ordinem temporum & actionum diurnarum, in quo homo diſpiciat, quomodo ab hora ſurgendi, uſque ad decumbendi horam, omnes ordinate, (ſuppono autem ordinate illi eſſe, tum à Communitate, tum ab illomet ipſo) vixerit, & in occupationibus à ſe præ-